... es
... Catharina.

Ciechanowicz Albertus: Symphonia nuptialis.

SYMPHONIA

NVPTIALIS

EX HARMONIA ANNI M. DC. XXXVI.

MARTE, SATVRNO, CÆTERISQ; ASTRIS
Cælestibus,
Feliciter Conuenientibus, quâ secum, quâ
CVM STEMMATIBVS
PerIllustris, ac Magnifici Dn.

D. FRANCISCI.

DE ZVROW

DANIŁOWICZ

Czerwonogrodiensis &c, CAPITANEI,
ET
PerIllustris ac Magnificæ VIRGINIS, *Dn.*

D. ELIZABETHÆ CATHARINÆ

PerIllustris ac Magnifici Olim.
D. FRIDERICI SAPIEHA
Succamerarii Włodimiriensis.
ET EVÆ DE SKASZOW,
FILIÆ.
AD SACROS NEOSPONSORVM HYMENAEOS
Per Gentilitiam Virorumq; Phæben.
LVBLINI, Concinnata,



AB ALBERTO CIECHANOWICZ, Excepta.
PerIllustribus NEOSPONSIS, *oblata Dedicataq;*

LVBLINI, PAVLI CONRADI, 1636.

INGENTILITIA
Perillſt: NEOSPONSI, ARMA.



QVID Gladios Tua Luna vibrat? Quid ſponſe Sagittas?
Talia num quando, Sydera tela decent?
Annuus hoc DANILOWICII, ſub Stemmate Credo
Regales faſces, Mars, Chroniuſq; refert

PerIllustr: ac Magnifico Dn.

D. FRANCISCO DE ZVROW.

DANIŁOWICZ

CZERWONOGRODIENSI &c, CAPITANEO,

NEOSPONSO D. D. Obseruantissi.

VETVS erat Pythagoræ PerIllustr: ac Magnifice Domine ea, de hac tota rerum vniuersitate opinio. Quod Mundus hic, cuius omnes sumus inquilini, ad Harmoniam omni in re canere semper videretur. Hinc Hipponensi Antistiti, non aliud tota hæc tam comptè eleganterq; disposita Mundi series, quàm Cantus, & Symphonia. Non aliud sanè videre mihi videor, sub hoc Auspicatissimum Hymenæi Tui tempus PerIllustris Neosponse, dum animum tantisper à Terrenis, ad cælestia Sydera reuoco, atq; adeo Martis, totius huius Anni (quem vtinam fausto omine ingrediaris) præsidis, cum Saturno, tantam intueor Harmoniam; quàm suauissimam quandam Cælestis terrestrisq; globi in sacras optati tui connubij tædas conspirasse symphoniam. Auitæ Gentis Vestræ PerIllustres Neosponsi Ceræ Peruetustæ illæ familiarum Vestrarum imagines. Tela illa, sagittæ, Gladij, Rastra, secures, bellica altera, altera œconomica insignia quid nisi Harmonicum Martis cum Saturno Toti Orbi Lechico indicare videntur congressum? Iure merito ad symphoniam Nuptialem Harmonia Cælestium syderum, cum Vestris Stemmatibus à Gentilitia Stirpis Vestræ Luna concinnatur, Cum ipse Cælestis, terrestrisq; globus, in Vestrum PerIllustres Neosponsi, quà Lunis, quà Sagittis, quæ ex ipso plane Zodiaco, ad Amplissimam Gentem Vestram colonias suas deduxêre, in Harmonicam secum transisse videtur sympathiam. Ipsum Hymenæi Vestri tempus Hyemale, cum hac vrbe, quam ei auspicatissimam delegistis nos Stemmatum vestrorum, cum Cælestibus, innatæ Harmoniæ commonere videtur, cum & tempus Hyemale in signum Capricorni, & Vrbs hæc auspicatissimi Hymenæi Vestri domicilium, non in alia quàm Capricorni planè coniurarit Stemmata. Æquum

erat

erat ſane Cæleſtem Terreſtremq; Regiam ſub ſacra Connubij Veſtri fœdera eam Harmonicam ſymphoniam concinnaſſe. Quam vnam Vtraq; hæ florentiſſimæ, armis opibuq; inſignes, Orbis huius Lechici Stirpes, nunc feliciſſime ſecum coaleſcentes, tot Illuſtribus in omne Æuum promeritis, tot fortitudinis ac trabeatæ ſapientiæ ſuæ editis documentis, ſæpius quâ dexteram ſuam, auitæ gloriæ, & immortalitati conſecratam, contra barbaros hoſtium impetus, inuicto ſemper animo opponentes; quâ ipſum prudentiæ de Cælo lapſæ digniſſimum domicilium, mentem nempe doctiſſimam, & ſalutaribus Reipublicæ conſilijs inſtructiſſimam, in illa Ampliſſimi Senatus Poloni Curia Themiſtoclis, Catoniſq; more, vtiliſſimis conſiliorum, & rationum momentis, pro incolumitate Patriæ deuouentes; ſemper, per amorem pacis, fidem tuendam, pietatem propagandam, Religionis cultum conſtantiſſimè retinendum, in hoc florentiſſimo Patriæ noſtræ Theatro, Æterni ad Immortalitatem Nominis concinnabant. Inter tot ergo Auſpicatiſſimi Hymenæi Tui Symphonias, Perilluſtr: ac Magnifice Domine, dabit aliquem ſpero Beneuolentiſſima Tua Humanitas, huic à me delatæ, Tibi debitæ Symphoniæ locum, non ingratum quia à Lunâ Tuâ Gentilitia Tibi concinnatæ. Non recuſauit Princeps illæ totius Græciæ, Tullio iudice Epaminondas lyram, quam poſt Cœnam apud Antiquos circumferri ſolenne erat. Neq; Tua Summa facilitas Perilluſtr: Domine, inter tot licet hodie applaudentes, congratulanteſq; felicibus optatiſq; Tuis Hymenæis Ampliſſimos Poloniæ totius proceres, Apollineam hanc lyram, Lunarem Symphoniam Tuo PerIlluſtri: Nomini per me dedicatam recuſabit. Nihil enim Lunæ Tuæ Symphoniâ carius eſſe poterit; quæ ad aſtrorum concentus perpetuas ducere aſſueuit choreas. Eat ergo hæc ad Te iam Symphonia. Cuius ad ſuauiſſimos concentus, nemo vſquam ſiue ad te eat, ſiue abeat ſine plauſu.



SPECVLVM
SYMPHONIÆ, NVPTIALIS.

SVB Initium Hyemis, Phæbo in domicilio Capricorni Hiberna peragente; Comitia omnibus signis Zodiaci, Septemq; Planetis Cælestibus à sole indicuntur. In quibus de eligendo Rege Anni. M. DC. XXXVI. Astra consultant. Post multas vtrinq; altercationes; tandem communi omnium suffragio, Marti, Saturno, Venerique, fasces Regales deferuntur; totiusq; Reipublicæ annuum Imperium huic Triumuiratui demandatur. Aderat hisce Comitijs, Regina Astrorum Phæbe, pro NEOSPONSORVM *sollicita Hymenæis. Hæc vbi electionem Regalem expeditam animaduertit, commodâ eâ occasione, sibi vtendum rata, ijs in Comitijs, pro pronubis Perillst:* NEOSPONSORVM *Stemmatibus, tanta affinitate astris Cælestibus coniunctis, in præsentiâ Totius Senatus Syderei pluribus agit. Affinitatem mutuam, quæ illis cum Stemmatibus Perillustrium* NEOSPONSORVM *intercedit, reuocat. Martis, Saturniq; hanc rarissimam, suauissimamq; Harmoniam, in Societatem Stemmatum, ad plausus Nuptiales inuitat, vt in eandem Symphoniam cætera Astra cognata conueniant summopere exposcit, nec difficilè Capricorno etiam, ipsoq; sole pro hac re interueniente, impetrat. Sicq; re impetratâ ad Symphoniam ipsa omni-*

omnibus præit. Quam Reginæ Cubicularij sequuntur. Gemini, Sagittario tanti itineris præsidiario comitante. Tandem ipse Rex Annuus Mars, cum Saturno, ac Ioue libens quoq; suã eidem Symphoniæ impendit operam. Post eam vnius cuiusq; sideris Harmoniam, varijs NEOSPONSORVM *animi, qua spectaculis, qua ludis recreantur.*

VATES

IT, gratas, inter, tædas Symphonia concors
Quam DANILOWICIIS, SAPIEHARVM Stemmata, sacri
Fæderis, optato, concinnant iuncta, Talasso.
Astrigeras, secum, cognato iure, Choreas
In sua, Myrtifero, reuocantes, orgia, cantu.
Atlantis facunde nepos, superumq; Minister,
Prima cui, Cytharæ concentus, gloria, cedit
Munus Apollineæ celebratum pollice dextræ.
Hymen adest: lætos inclamat Luna Talassos
Ipsaq;, Lubliacæ, circum, penetralia, Tædæ
Vrbis, in optatos, reuocant, sua barbita, cantus.
Festa NEOSPONSIS, hilari, me, Carmina vatem
Ad Choreas Charitum, Cyprijq; choreumata cætus
Cyllenes cæliq; decus da ludere plectro.
Est domus Astrifero stabilis sub climate cæli
Signiferi circum bissenis orbibus aucta,
Quam tuus, hæredes inter tot Phæbe nepotes

Corni-

Corniger antiqua ſemper ditione tenebat.
Huc ſua, quadriiugis (Boreâ populante Triones,
Æolidæ iuſſu) vulcania munera, Currus
Auratos, hiberna pro ſtatione reduxit
Phæbus; cui ſtellata ſubeſt Reſpublica curæ.
Hoſpes in ingreſſu, Capricorni, Limina primum,
Vix tetigit Titan. Gelidâ dum fronte December
Occurrit; gratum Phæbo de More precatus
Adventum, Cani reducem ſub pergama Capri.
Purpureâ Titan arridens luce; Miniſtras
Hoſpitij circum ſpectans hinc, inde fauillas.
Talibus alloquitur famulam domino ore Catervā.
Concilium iubeo ſtellatæ cogite turbæ,
Errantesq; ſimul reuocate per æthera flammas.
Orator noſtræ ſubeat penetrale Sororis
Qui referat ſeriem, taciti, de mente Senatus.
Protinus ad tanti, præceps, hic, quiſq; Dynaſtæ
Exſilit imperium, toto diſcurritur axe
Aſtrigeroq;, vagæ, retrahuntur, cardine, turbæ
Solis ad Hoſpitium. Rutiloq; micantia cælo
Lumina morigeros flectunt ad pergama greſſus.
Ipſaq;, præcipiti, fraternos, Lumine vultus
Conſpectura, ſuos vrſit bene Luna iugales.
Ergo vbi, quiſq; ſuâ, replet, ſubſellia, Luce.
Regales Anni, medio, ſol, cardine faſces
Collocat; atq; decus capitis diadema, Micantes
Inter ſtellati, deponit, Climatis, ignes.
Cuius ad Imperium, verſo temone redire

An-

Annua sceptra velint quærit. Regemq; futurum
Quem designatum communi voce salutent.
Omnibus vnus erat tanti pro munere sceptri
Inter tot, visus, Chronio comitante, Gradiuus.
Idaliæ q; domus princeps Cytheréia Mater.
Sic postquam Domino cesserunt Sceptra Gradiuo
Annua, & augustos posuerunt tempora fasces.
Concilium statuit stellatæ soluere turbæ
Phæbus. Sollicito radians dum Cynthia vultu
Pro DANILOWICII, natiuo sidere sponsi
Quod sacra, tunc optatus Hymen per fædera sponsæ
Iungere, felici, SAPIEHARVM, Marte, sagittæ
Omine perpetuo, Lechicà sub luce parabat.
Assurgit. Fratrisq; iubar venerata superbum,
Talibus Astrigerū Phæbo residente senatum
Aggreditur. Princeps errantes turba Choreas
Inter, Phæbeo semper quæ splendida vultu
Gaudes septenis illustrans orbibus orbem.
Tuquoq; bissenis splendens hinc inde maniplis
Signiferi generosa cohors, ne despice vota
Quæ tibi stellati Regina Chori, Æmula Vestri
Principis exponit tantæ pro sanguine gentis.
Sunt mea Lubliaci fausto sub climate cæli,
Cum DANILOWICIIS SAPIEHARVM stemmata sacro
Perpetuas inter tædas iungenda Talasso.
Stemmata sponsorum cognato sanguine nobis
Sunt coniuncta. Meo sponsis de sydere sydus
Luc et,

Lucet, & astines merito deposcit honores.
Vestros Tyndaridæ, gemino sub sidere vultus,
Cernitis. Arcitenensq; suas hic esse sagittas
Æmonijs spectat depromptas credo pharetris.
Nunquid Bellonæ Princeps sub stemmate Mauors
Oblitus Gladij, nolet sua fulmina nosse?
Leucadio quis Rastra DEO, priscasq; secures
Dixerit ignotas! Hæc instrumenta fuère
Falciferi benè nota DEI. Respublica Ruris
Est opulenta quibus, donisq; superbit opimis.
Nec tua sidereos, inter dux Iupiter, ignes
Despoliata suis squalent delubra trophæis
Signa gradusq; decor Templi, Te læta precantur
Inq; Talasseos retrahunt tua barbita plausus.
Vix hæc finierat Phæbe; Dum Corniger ipse,
Cuius in hospitio astriferi Respublica cœtus,
Tum consultabat, tacito hæc depromit ab ore.
Si quod, in Hospitij, Vestrum mihi gratia, munus
Impendit, grato Cælestes pectore flammæ
Hoc nouus hic donetur Hymen quem Mænia fausto
Vrbis Lubliacæ celebrant sub stemmate Capri.
Huc, Huc cognatis, iungantur plausibus, ignes,
Mittat & Astriferos cælestis Regia Cantus
Increpitetq; sonos: quales Rhodopeia quondam
Excepêre suo nimbosa cubilia plausu.
Non vltra cohibere suos, hic sidera vultus
Excita tot studijs poterant Phæbesq;, Capriq;:
Primus at ante omnes sponsorum Phæbus auitæ

Virtutis, summiq; simul spectator honoris
Talibus, ipsa suis, ardentia sidera, votis
Vrget in optati, sponsis primordia, plausus.
Ite meæ tedæ, Cælestes ite Chorèæ
Stemmatibuq; suis, cognato, adplaudite, cantu.
Vos nitidos sponsæ postes obducite Myrto
Pergama vos sponsæ viridi velate Corymbo.
Festa NEOSPONSIS, felici gaudia plectro
Deproperate; sonosq; simul, cantusq; mouete.
Cunctaq; Lubliacis applaudant Astra Triumphis.
Murmur erat summum, Phæbi post verba, Senatus
Excitum plausu. Sponsorum cognitus Hymen
Cælestes gracili per flammas voce sonabat.
Fixerat Arcitenens ipso iam in limine gressus
In sua, Sponsorum, ducturus plectra, Sagittas.
Prima sed, ad Lunas voluit, sua barbita, Phæbe
Cognatâ pulsare manu, saltusq; ciere.

LVNA

Cælestis Primam fert Harmoniam nuptialem ex coniunctione cum LVNIS *Per Ill:* NEOSPONSORVM,

NAtiua, Cælis, cedite, Cornua,
Et candidatos linquite Phosphori
Postes, Sororis iam iugales
Hospitio reuocate Fratris
Cognata nunquam dissociabili
Laxate nexu Sidera, Patriis
Iam cedo tectis; Nuptiales
Lechiadum repetens penates

Maior Sororum nexus amoribus,
Viciniori sanguine profluens,
Fraterna postponens Theatra
Me facit indigenam Talassi,
Applaude Cælum. Tuq; biuerticis.
Plectrum, Sacerdos, sollicita iugi,
Amphioneós, huc, Sorores:
Lætitiæ glomerate plausus
Inauguratas, connubialibus.
Tædis, Sacrorum Thesmophoræ manus,
Lunas maritant, Fæderatæ,
Viuite perpetuò Cateruæ.

HARMONIAM, Excipiunt. *SPECTACVLA.*

PLENILVNIVM LVNÆ NEOSPONSORVM IN HORIZONTE, LVBLINENSI.

VTraq; Sponsorum Phœbe, sibi fecerat Arcus.
Vtriusq; fuit, namq; Sagitta, domus.
Plena sed ob rigidos, Bellonæ, Luna, tumultus,
Nec tibi Sponse fuit, nec tibi Sponsa fuit.
Post quam bella suis iacuêre sepulta fauillis
Arcus iam cedant vtraq; Luna tui
Ergo duæ, sacro iunguntur fædere, Lunæ.
Plenaq; sic sponsis, vnica Luna nitet.

ASTROMANTIA

EX PLENILVNIO *PerIllust:* NEOSPONSORVM.

Dimidij falcata vibrans nunc cornua vultus
Fert DANILOWICIIS, *sidera Luna duo*
Plena NEOSPONSÆ, *fiet dum Stemmate Luna*
Quot DANILOWICIVS, *iam feret Astra polus?*

VATES

FLexerat obuersos post hæc Dictynna iugales
Ad deuota sacris SPONSORVM, pergama tædis
Successêre cui Ledæo sanguine fratres
Progeniti talem plectris pæana canentes.

POLLVX & CASTOR

GENTILITIA, PerIll: NEOSPONSI, duo Sidera Secundam Nuptialem excitant Symphoniam Helenam Germanam suam in PerIll: NEOSPONSA, sibi in Cælo DANILOWICIO, adiungi certo persuadentes.

ITE stellati rutilæ Phanetis
Orbitæ vultu, roseoq; circum
Aureæ lucis, profugi, rubentes
Rore Planetæ,
Ite Cælestes Choreæ, Iugales
Ite sponsorum geminate plausus
Hymen hic, Vestri, veneranda, poscit
Gaudia Cæli.
Eia festiuos Hymenæe Myrtos
Eia sponsales Hymenæe pompas
Ad choros lætæ Cypridis Catervæ
Occinat Hymen.
Reddit en gratis, Helenam beato
Fratribus, felix Hymenæus ortu
Cum NEOSPONSAM, Geminis, triumphans
Inserit Astris
Æmulas, sponsi, superum Coluris
Quis neget tædas remeare? Tanto
Quæ DANILOWICIANVM, cor onant
Sidere Cælum.

ASTRO-

ASTROSCOPIA.

SVB HELENÆ CVM GENTILITIIS,
PerIll, Neosponsi, Geminis Sideribus, gratissimam coniunctionem.

DVplex sponse tuam comitans hæc stella, Sagittam
Tyndaridas fratres, fertq́ refertq́ mihi.
Hinc radiare meum, Pollucis imagine, vultū,
Castoris hinc videor, lucidus, ore frui.
Tertia defuerat stellis germana duabus
Quæ Danilowicii, cedat in Astra poli
Hæc noua Nupta tuo cedit! dum Sponse Talasso
Credibile est; Helenæ, quod noua, stella venit.

VATES.

NOndum Tyndaridæ resonantia fila, soluto
Compressēre choro; Præceps dum Cardine sum-
Arcitenens resides exercet pectine Chordas, (mo
Non secus, ac tacitis quercus dum Cantibus Orpheus
In sua frondosas impellens orgia traxit.

SAGITTARIVS

In PerIllust: Neosponsorvm, Sagittis Apollinis Dianæq́ veneratus Sagittas, suam libēns in Tertiam Harmoniam Nuptialem ijsdem coniungit vt sit vnita virtus fortior.

EIA PHARETRÆ.
EIA SAGITTÆ
HERCVLEâ SVPERBÆ
DEXTRâ; PROPHANÆ STYMPHALIDES QVIBVS
TRISTI SVCCVBVERE NECI; CEDITE PROTINVS

Cedat, Achilli
Tincta veneno
Vulnera lambens
Ditis ad vmbras
Corpora tanti
Principis atrum
Per Phlegetontem
Diuite busto
Sub styga mittens
Inde Sagitta
Pulchra NEOSPONSÆ veniat docorata iugali
Fædere, festiuumq; canat nunc Eia Sagitta
Lucet amicâ
Luce, corusco
Splendet Olympo,
Pulchra Dianæ
Cerno Sagitta
Aurea Sponsæ.
Læta NEOSPONSI spatientur stemmata plausu
Applaudatq; suo deuota Sagitta Talasso
Eia Sagitta
Sanguine longo
Inclyta Sponso
Est tuus iste
Sponsus Apollo
Eia Triumphos
Voce perenni
Occine Sponso.

VATES

Hic iam regali solio descendere Mauors
Visus; præcipites anni mensesq;, diesq;,

In

In noua connubij, ſtellato, fœdera plauſu
Deproperanda, ſibi ſubiectis faſcibus vrget.
Ipſeq; , quod mirêre magis, diadematis anni
Oblitus, tales cantusq; chorosq; ciebat.

ELENCHI APOLLINARIS
Contra vnam Sagittam
Reſolutio Sagittarij.

DVM ſileo, patrioſq; redux contendo penates,
Hæc mihi per ſolitam dixit Apollo Chelym
Pingere, nonne duas decuit, Cytharœde, Sagittas?
Audieram cuius plectra ſonare duas.
Hunc ego ſubridens Cumæo pectore nodum
Talia Phœbeæ, verba rependo Chely
Eſt vbi cor vnum ſponſis, atq; vna voluntas
Pingere nonne nefas, vel numerare Duo?
Vnus amor metuit numeros agnoſcere plures
Vnica propterea picta Sagitta fuit.

CERTAMEN INTER DVAS Per Ill: NEO-SPONSORVM *Sagttas.*

SPonſorum duplex certabat lite Sagitta
Quæ ſua materies, quæue Metalla forent.
Ipſe tuus Iudex voluit fore ſponſe gradiuus.
Sponſa tibi Iudex Calliopea fuit
Cauſidicam, Mauors, litem, ſic ſponſe, diremit.
Præbuit aſſenſum Calliopæa cui.
Ferrea Tela decent, fortem, de ſtemmate Sponſum
At ſponſæ tædas aurea tela decent.

VATES

HIC iam, Regali ſolio deſcendere, Mauors
Viſus; præcipites anni, menſeſq; dieſq;
In noua Connubij, ſtellato, fœdera, plauſu
Deproperanda, ſibi ſubiectis faſcibus vrget.
Ipſeq; quod mirere magis, diadematis anni
Oblitus; tales cantuſq; choroſq; ciebat.

MARS

REX ANNI Per Ill: NEOSPONSI MARTEM, in Gentilitij eius Stĕmatis, Tribus Gladiis, pomo infixis, Rude donatum, Orbi Lechico edicit, Ideoq; ſe annuâ hac cum Saturno affinitate coniunctum omnibus denunciat vnde etiã NEOSPONSIS orditur Harmoniam.

IAM rude donati, læto ſub germine Myrti,
Victores Gladii, Chryſea dona ferant
Non ſemper Gladii, Telaq; Martia,
Per diros, rutilo flumine, Biſtonas
Bacchantur; nitidis, depopulantia
Hoſtes vndiq;, Brachiis.
Felix Æmatii, ſic Gladius, Ducis
Non ſemper tumidos Perſidis Arſaces,
Sed nodos etiam plectere dicitur
Regis Munera Gordii.
Non ſemper Pharetras Idalius puer
Plumbo dedecorat. Sub calamis Tagus
Non raro radians, diuite vulneris
Morſu pectora ſauciat
Iam rude donati, læto ſub germine Myrti
Victores Gladii chryſea poma ferant.
Gentes ſub Lechico cardine, cernite
Victrici celebres Martis adoreâ.

Iam sponsi gladios, connubialibus
Tædis, poma rependere,
Alciden video, sponse, refers mihi.
Pomis Hesperidum, Dextera fulminans
Cui splendet. Chronio cum duce Regia
Dicunt hoc mea fœdera.
Aurea, iam gladii sponsales, figite poma.
Quæ recreent sponsæ, cor, oculosq; nouæ.

MVNERA NVPTIALIA

Márs Pomum Aureum de Gentilitio Per Ill: NEOSPONSI, stemmate sponsæ offert, cum illa Epigraphe. Detur pulcherrimæ. Tres Gladios ait contra tres illas esse Deas vibratos, ne suam venustatem NEOSPONSÆ præferant.

NObile formarum quondam certamine pomum
Venit in arbitrium nunc noua sponsa meum
Ne foret at spretæ præceps iniuria formæ
Me Dea iudicio, terret & ipse Paris.
Quid faciam? Sponsi tantum de stemmate pomum
Defero iam tædæ nunc noua Nupta tuæ.
Cede Cypris formâ, cedat cum Pallade Iuno
Sub pedibus Sponsæ totaq; forma cadat
Plus hic inuenio, vicit tua gloria Sponsa
Victaq; iam Cypridis, nunc sua forma iacet.
Neue suam iactent Diuæ cum Cypride formam,
Tres gladios contra tres superaddo Deas.

VATES.

NEc sua Saturnus sponsæ sub stemmate Rastra
Oeconomasq; NEOSPONSI, tacuisse secures

Hic voluit, positâq; poli sub limine falce
AdCytharam sacræ reuocat sic gaudia tædæ.

SATVRNVS.

Paterfamilias In gentilitijs PerIll: NEOSPONSORVM Rastris, atq; securibus, Opulentiam splendoremq; vtriusq; familiæ deprædicans, 5tam Oeconomicam ex ijs excitat Harmoniam.

LVdite Sponsorum secum candore fœderata
Iam Rastra, Tædarumq; honor secures.
OEconomæ plaudant tædæ, plaususq; coniugales
Addant amænæ Gratiæ Talasso,
Hic fuluo, Tellus Arabum recreat, colore, vultus
Cui vestra, culturam tulêre, Rastra,
Attalico cultu penetralia fabricant secures.
Oprata tali ; lude Sponsa tædâ
Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire Myrto
Aut flore; Terræ quem ferunt solutæ

SPECTACVLA OECONOMICA,
RASTRA PerIllustr: NEOSPONSÆ.

CEdant Arma Togæ, claudant sua tela pharetræ,
Hoc lex, Romano consule lata iubet,
Hoc Hymenæus ait, Sponsæ, sub stemmate Sponso
Hoc SKASZEWIANÆ, Rastra quiêta domus.
Pone gradiue tuos Gladios hic, pone Sagittas
In superum cedant, hæc modo tela tholum
Rastra NEOSPONSÆ, cedant ad iugera Sponsi
His DANILOWICII, nam modo Messis eget.

Danstoran...

ASCIA PerIll: NEOSPONSI.

A Scia quid DANILOWICIO sub stemmate, splendet?
Cum Lunâ & stellis, quiduè securis habet?
Vt reor; hæc illis Templum fabrefecit honoris
Huius idest totum, credo securis opus.

RASTRA & SECVRIS

Sat bene cum Sponsi iunguntur Rastra securi
Pendet ab vtrius munere namq; domus.

VATES

IVpiter vt Tantos hilari cum Carmine plausus
Personuisse videt, Saturni cantibus ipse
Æmula mox properat plectris superaddere ple-
Sicq; NEOSPONSOS, festiuâ voce salutat. (ctra

IVPITER.

In reliquis duobus Gentilitijs PerIllustrium NEOSPONSORVM insignibus, tanquam Pietatis signiferum PerIllustr: NEOSPONSVM, suspicit. Gradusq; PerIllustris NEOSPONSÆ, ad eandem pietatem; toti Orbi Lechico proponens vltimam persequitur Harmoniam

SPonsum, barbita nobilem
Tædis, deproperent, Connubialibus,
Cui nunc in Capitolio
Æternum meditans Relligio decus
Scribit dulce perennibus
Nomen, cum Meritis plausibus inserens.
Felix; signiferas manus,
Cui virtus decorat, nobilioribus
Signis. Hic superum domus
Hanc fecit Pietas Credite Regiam.

Tem

Templum Sponsa, tibi, nouæ
Ternis, efficiunt, cum gradibus, faces,
Ad quod, Commodior via
Vt sit, nunc faciunt hi triplices Gradus.

SACRVM SPONSI VEXILLVM explicatur simulq; 3plices Per Illu: Neo sponsæ ex Gentilitio Stemmate Gradus excitantur.

SIgniferis, Sponso, templorum Carbasa, dextris,
Quidue Gradus referunt hi, noua Sponsa tui?
Qui iam debentur Sponso pietatis honores?
Signiferum Pietas quem facit ipsa suum.
Qui iam debentur Sponsæ virtutis honores
In qua virtuti, tot patuêre gradus?
Virtutis, sub signa, vocat, mihi credite, Sponsus.
Virtutisq; gradus, hæc noua Sponsa refert.

VATES

SIc stellata Cohors Sponsalis gaudia Lunæ
Phæbêo, tandem felix, certamine soluit,
Sidereamq; redux cum plausu tendit in vrbem
Eia Triumphales Sponsi iam dicite plausus
Namq; fuit vestro felix Hymenæus Olympo.





HAR-


Biblioteka Jagiellońska
stdr0017057

Katarzyni

Ciechanowicza Wojciecha: Harmonia upominków siedmiu – przy oddaniu zwyczajnych weselnych upominków.

HARMONIA VPOMINKOW

SIEDMIV
OD
SIEDMI BOGIN NIEBIESKICH
NA ZĄDANIE
ASTREI PANNY
OBYWATELKI
ZODYAKV SLONECZNEGO
Przy oddániu zwyczáynym/
WESELNYCH VPOMINKOW
Iey Mśći. Pánnie
P. ELZBIECIE KATHARZYNIE
SAPIEZANCE
PODKOMORZANCE WLODZIMIERSKIEY
NOWEY OBLVBIENICY
PRZEZ
WOYCIECHA, CIECHANOWICZA.
 W LVBLINIE, *Ofiarowána.*

W DRVKARNI v PAWLA, CONRADA, 1636.

Ná Herb Iey Mśći Pánny
P. SAPIEZANKI NOWEY OBLUBIENICE



GDźie SAPIEZYNSKA z tákiem Strzáło pędźisz lotem?
Hetmáńſkim, w tey Oyczyźnie, známienita grotem.
Tu w DANILOWICZOWYM, ſtoy Xiężycznym Niebie
Mieśiącz dwiemá Gwiazdámi, czekáią ná ćiebie.

POETA

BEdąc/ ná Wálnym Zieździe/ Kołá Niebieskie°
Niżey trochę pálacu / y Dworu Boskiego
Pánná/ miedzy dwunastą/ szcześliwa gwia=
Ktore zowią obrotow Tánecznych znákámi(zdámi
Astrea , wielkiey cnoty / z Bogow przednieyszego
Corká Jowiszá; domu nayznámienitszego.
Kedy Phebus z Gwiazdámi o Krolu rokował.
Y o Pánie doroczny / tudzież seymikował.
Tám gdźie znaki Niebieskie / oraz / z Plánetámi
Zgodnemi / ná to ziázdu wszytkiego/ wotámi
Marsá wespoł z Saturnem / zá Krolá witáli
Y dorocznego Páństwá / mile winszowáli.
Bedąc ná oney z Słońcem Xieżyczney vmowie
Y przy vchwálnym stoiąc seymikowym słowie/
Słyszáłá / iáko Siostrá tám náiáśnieyszego
Miedzy gwiazdámi Krolá / Páná naywyższego
Słońcá / zá dźiewostąby sobie pokrewnemi
Sćisłym przyiáźni zwiąskiem z dawná złaczonymi
Mieśiącámi Ich mośćiow / ktorzy sie spolnymi
Wiązáli Koronámi z Mirtu plecionymi
Przy onym tám Senaćie mowę swą wnośiłá
Y / od chetnego mile kołá vprośiłá.
Aby przy tey weselney Oblubieńcow porze
Ná Niebieskiey Muzyki/ nie schodźiło Chorze
Widźiáłá/ iáko ná ták wielkie zálecenie
Nowotnych oblubieńcow/ wszytkiego wzruszenie
Było senatu; Jáko gwiazdy sie; rzuciły


Y iák

Y / iak ku Lublinowi / z Niebá sie puściły.
Zá Mieśiącem co żywo / z Niebá sie ruszáło /
Y / prostym náwet Gwiazdom / iść sie z niego chćiáło.
Strzelec / w Herbie Ich Mośćiow / Pánow Młodych strzáły
Widząc; wskok przypasawszy / Łuk swoy zástárzáły
A że sie ná Lubelskim / postrzegł bydź Tryonie
Miedzy Muzyką gráiąc / w nieznáiomym tonie.
Toż też / Bráćia Bliźniacy Tyndáryiczykowie /
Czyniąc w tymże strzelcowi są Rowiennikowie.
Toż Mars krwáwy z Jowiszem / toż y Sáturn Stáry
W krotofile weselne wdáiąc sie bez miáry.
Miłą te wszystkich widząc / z tákiey vprzeymośći
Przećiwko Oblubieńcom z tey że życzliwośći
Vsługę mądrym Pánná baczeniem przesławna /
Astrea rostropnośćią ozdobiona z dawná.
Znáiąc Oblubienicy tákie wielkie cnoty
Y z Mądrośćią złączone przedźiwne przymioty
Na onym seymie záraz o tym przemyśláłá
Czymby sie też przysłużyć Pániey Młodey miáłá
Przetoż do Pániey Mátki swey Themidy skoczy
Y z Phebowego troche Páłacu wyboczy.
Tám rádząc sie Boginiey / coby ták świetnego
Ku ozdobie Małżeństwá czynić miáłá cnego.
Prędko odpowie Themis bárzo mądra Páni
Aby záras Posłowie do Bogiń wysłáni

Onych

Onych z upominkámi ná gody prośili
Y/ chec swoie przeciw nim záraz oswiádczyli.
Ofiárował sie ná te/ rączy goniec/ spráwe
W trzecie tylko od Pánny máiąc swą dzierżáwe
Strzelec Niebieski/ predko obchodząc boginie/
Po oney złotogorney/ niebiosow/ dźiedźinie.
Od Astrei zlecone sobie/ po zdrowiwszy
Mile/ y służby chetne tudźiesz záleciwszy/
Poselstwo/ zápraszáiąc nágody odpráwił
Z upominkámi/ w krotce/ wszytko co chćiał spráwił.
Ruszyły sie Boginie záraz po poselstwie
Ná naypierwsze w Astrei stánowisko Xiestwie.
Gdźie ich rádo przyimuiąc/ dobra Gospodyni/
Ná tákich przyiazd Gośći wszytko chetnie czyni.
Tám przy obiednim/ bedąc z nimi/ pośiedzeniu
Y przy dostátnim bádzo wszystkich vraczeniu.
Táką rzecz do nich sámá/ w ten czás vczyniłá
Wszytkie pilno słucháły/ co Pánná mowiłá.
Prześwietne Bogiń koło/ ktore w przezroczystym
Krzysztale/ swe páłace Niebios/ bárzo czystym
Záwsze mieszkániem; ziemskim przed swiátem zdo-
bićie
Zá co słuszną pochwałe bierzćie cáłowićie.
Niech wáżácne Boginie łáską miłośćiwa
Bedźie mi teraz w moiey/ tey woli życzliwa
Jest teraz pożądáne w Lubelskim wesele
Mieśćie/ Jey Mśći Pánny SAPIEZANKI, śmiele
Zá DANILOWICZA, nám rzekę życzliwego
D Stá-

Stároste Polsko mila Czerwonogrodzkiego,
Ták prześwietnym Małżonkom / kożdy zuprzeymośći
Swey dźiśia vpominek / ná znák życzliwośći
Tym nowym Oblubieńcom chetnie ofiáruie.
A náße Bogiń koło co ná to gotuie.
Wßytkie sie tu Boginie ná to odezwáły
Aby swe vpominki Iey Mośći oddáły.
Siedm Bogiń w ten tám poczet ná to sie zebráły
Y iák napredzey przybyć tám sie domagáły.
Przetoż sie wysypawßy z Niebá / przemiiáły
Obłoki geste / y iák predkolotne strzáły
Kiedy z tego chybkiego łuku wypadáią
Ráz żeleścem w źiemi / z pedu vtykáią.
Tu inż oraz w Lublinie w poczet sie skupiwßy /
Y ná przemowe kożda z nich sie námowiwßy
Wchodząc inż do Páłacow / Gośćie przywitáli
Ich Mośćiom Pánom Młodym / tákże cześć oddáli
Przy dániu vpominkow / gdy drudzy rokuią
Boginie te podárki swoie ofiáruią.



IVNO
SELENIT
KAMIEN PRZEDZIWNY,

Ktory na ſobie twarz Xiężyczną ma wyráżoną y we-wſzytkim ſię onemu ákkomoduie, Zá vpominek Nowey Oblubienicy Ofiáruie.

CHcac ſię IVNO *przyſłużyć, Xiężyczney* I*áſności*
Ktora przy Oblubiencow báwi ſię świetności
S*ELENIT Xiężycowi* KAMIEN *poświęcony*
K*AMIEN natury wielką zacnośćią wznowiony*
Ktory tak Xiężycowi dáie zpryśiężoną
Poſtáć, ná ſobie iego máiac wyrážoną:
Ten dźiś Oblubienicy IVNO *Ofiáruie*
Ktora z tym to Xiężycem ták ſymbolizuie.

MINERWA
PIERSCIEN
PIRRVSA KROLA EPIROCKIEGO,

Zá vpominek oddáie. W ktorym Koſztowny bárzo świeći Kámień Achatek názwány, ná ktorym były wſzytkie dźiewięć Muzy przyrodzonym bárźiey ſpoſobem wyrázone, tákże Apollo z Lutnią.

Niegdźie indźiey ten Pierśćien ma być dárowány
Ani komu inßemu dźiś Ofiarowány.
Swietno złoty Achátek, niech tu Hármonia
Z muzámi swa poczyna; niech da Sympho-
Lutnia Apollinowa, od Minerwy dáná (nia
Tey tu nowey Minerwy Mądrośći przyznána.

WENVS
WIENIEC
ż ZIELA KTORE NAZYWAIA CYTRA,
To źiele dźwięk z śiebie podobny Lutniey wydáie.

ZE krwi Orpheuszowey Cythrá źiele bierze (mierze
Swoy żywot; przetoż w w dźięczney Symphoniiey
Z Lutnia przed wszytkim świátem zgodę pokázuie
Gdy tákiż iáko Lutnia dźwięk więc odprá-
Ten słuszna vpominek dáć Oblubienicy (wuie.
Ktora brzmi wdźięcznie w Boskicy, iák Lutnia świátnicy.

DIANNA
KAMIEN PRZEZACNY
Przy ktorym był Apollo swoię Lutnia v Megarensow záwieśił, ten tęż Symphonia z śiebie ktora y Lutnia wszytkim wydawáć śię zdał.

Sławny

SLAwny v Megárenſow Kámień, gdźie wiśiáłá
Niegdy Apollinowá Lutnia, pozoſtáła (ściu
W tym dotąd Hármonia, niech ſię ſwa wdźięczno-
Ich Mośćiom Panom Młodym okáże: Miłościa
Ktorych ſercá ſpoione, dźwięki iednoſtáyne
Záwſze wydawáć beda nikomu nietáyne.

ARIADNA

SLAWNA PANI z ZYCZLIWOSCI ſwoiey przećiwko Oblubienicowi Thezeuſzowi.

KORONĘ

Swoię źdźiewiąći Gwiazd wyrobioną zá vpominek oddáie.

NIechay dáią Boginie Kánáki wyborne,
Niech ſrebro świetne, perły, Kámienie pozorne,
Niech miſterne Pierśćienie świátu známienite
Niechay przepyſzne źiołá w Muzykę obfite.
Tákiey Oblubienicy ktorey Mięśiac ſłuży
Ten korony z gwiazdámi vpominek płuży.

THEMIS

MATKA ASTREI PANNY NIEBIESKIEY Perłę Triophtalma.

Ta

Tá m… w sobie trzy Oczy, dźiwnie piękna świátłość z śie bie wydáie.

TRoiáko świetnaperłę ; z Natury máiaca
Troiákie w sobie Oczy, w Iásności będaca
V sławney. Gospodyni dobrey znák prawdźiwy
Zá vpominek pryidźie mi oddáć życzli-
Wielu, w nowym potrzebá Oczy Gospodárstwie (wy
Zá wsze te płużyć máia, by wnawiętszym Páń-
stwie.

ASTREA HIACINTH

KAMIEN, KTORY NIEBIESKIE,
Ná się bárwy przymuiac, zá nim w wielu rze-
czách idźie.

HYacinth Kámień záwsze iest tákiey włásności,
Oprocz diámentowey że więc wszechmocności
Nigdy się żadney mocy rysowáć nie dáie
A do Niebá we wszytkim rád bárdzo przystáie:
Słuszna ten vpominek od gorney Boginie
Dáć tey nowey Niebieskiey práwie Heroinie.

POE

GADKA
ICHMOŚCIOM
PRZY VPOMINKACH
OD
BOGIN
ZADANA.

NA DANILOWICZOWSKIM gdy ieſt Pełnia
Niebie
Xiężycá. Ná ten czás, przecz odwrácá od ćiebie
Słońce, Niebieſki Xiężyc, ſwoie świetne Rogi?
Zápuſczáiac ſię w długie Oceáńſkie drogi.
Przeco podczas weſelny Xiężycu odchodźiſʒ?
Ná co twoim odeśćiem pod czás táki godźiſʒ?
Iego, tu, vpominkow, żaden nie otwiera
Przeto ſię dla nich Xiężyc w drogę tę wybiera

POETA

GDy iuż swoie/ Boginie/ vpominki dáły
Y táką Pánom Młodym/ chęć/ ofiárowáły
Wszytkie sie/ ná Ich Mościow koło/ obeyrzawszy
Wielkiey przećiwko sobie/ ná ten czás doznawszy/
Od Gośći przychylnośći/ mileie żegnáły
A z támtąd sie w Niebieskie páłace vdáły.



